Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Commentaria in universam artis logicam - Cod. Ettenheim-Münster 277

[S.l.], [17. Jahrh.]

Dvbivm quartvm

urn:nbn:de:bsz:31-129937

Visual Library

DVBIVM QVARTVM

Quot et quae sint proprietates substantiae praedicamentalis?

Sex assignantur ab Arte proprietates substantiae. 1a quae convenit tam substantiae 1ae quam 2ae est non esse in subiecto sc: inhaerentis, utraque n. substantia vendicat sibi non inhaerere alicui subiecto, quia inhaerere est proprium accidenti et haec proprietas convenit substantiae praedicamentali non 4o sed 2o quia modo, quia convenit omni substantiae praedicamentali licet non soli convenit siquidem modo differentiae et aliis partibus substantialibus quae non inhaerent alicui subiecto.

2a proprietas est praedicari univoce sive quod idem est nomine et ratione separata per nomen et illud de praedicatione essentiali quia modo accidentia praedicantur univoce de Petro et Paulo sed non praedicatione essentiali et hoc tamen convenit substantiis 2. et tamen 4o modo quia modo convenit differentiis substantialibus

3a quae soli 1ae substantiae convenit est separare hoc aliquid sive separari ut hoc aliquid usque est n. Artes activo et passivo quasi diceret corpus quod 1a substantia sit individuum substantiae completum dicitur separari ut hoc aliquid et ut aliquid particulare in linea praedicamenti substantiae et vocatur haec proprietas substantiae 1ae secundum nomen. Alii dicunt hanc proprietatem competere nominibus aut terminis significantibus 1. substantiam, non ipsis substantiis primis sed hi accipiunt illud verbum active nos a. passive

4a proprietas quae convenit tam 1ae quam 2ae substantiae est quod substantiae praedicamentali nihil sit contrarium et dicitur intelligi haec proprietas formaliter ita ut sensus sit quod si substantiae comparentur inter se una alteri proprie et per se non contrariatur. Ratio est quia contrarietas proprie est mutua repugnantia duarum qualitatum quae se mutuo ab eodem subiecto cui inhaerent expellunt sed substantia non potest inhaerere ad modum alicuius qualitatis quo

ipsi nil est contrarium nec respectu alterius substantiae nec accidentis
et licet formae substantiales v. g. forma ea et forma hominis sint oppositae
quae nequeunt esse in eadem materia simul, non tamen sunt contrariae proprie et ti-
cet forma ignis videatur contrariare aquae contrarietas tamen non est inter ipsas
substantias sed inter quales substantiae annexas calorem sc. et frigiditatem
et sic tamen per accidens substantiae inter se contrariantur, non a. per se et haec propri-
etas non convenit substantiae praedicamentali 4° modo, competit n. tamen quanti-
et dicitur substantiae.
5a est. Non suscipere magis et minus et haec proprietas communis est 1ae
et 2ae substantiae et non dicitur sic intelligi quod una substantia in ratione substantiae
non sit magis substantia quam alia, nam certum est 1am substantiam esse ma-
gis substantiam quam 2. sed dicitur intelligi de substantia completa praedica-
mentali in ratione entis per se, in hac n. non datur et magis et minus
in 1a et 2a substantia, est n. utraque aequaliter ens per se completum et sic
substantiae non suscipiunt magis et minus ceu quod idem est intentionem
et remissionem et ratio h. in forma est ista quia suscipere magis et
minus proprie est intendi et remitti quamvis tandem modo fiat in-
tensio et remissio sed substantiae non possunt intendi et remitti quia
intensio et remissio exigunt subiectum remissionis quod substantiae repug-
nat ergo substantiae non possunt suscipere magis et minus et quod dicitur quod
substantia 1a sit magis substantia explicari dicitur quod sc. substantia 1a sit
nobilior substantia, non quod substantia 1a sit intensa in ratione entis per se
completi et haec proprietas non convenit tamen substantiae praedicamentali 4° modo
quia convenit tamen quantitati.
6a est conveniens substantiae 1ae et 2ae. quod cum una numero sit est
susceptiva contrariorum, ad illaque eadem numero substantia v. g. haec
aqua modo est calida, modo frigida et haec contraria suscipit substantia

sui mutationem intrinsecam, convenitque haec proprietas soli substantiae ut
subiecto ultimo et principali, licet non quantitas suscipiat contraria hoc
tamen non habet ut subiectum ultimum et principale sed ut subiectum quod
non ut quod sicut aiunt philosophi, cum quantitas in Eucharistia reci-
pit contraria accidentia id non habet ex suis meritis sed ex virtute substantiae
sicque non est subiectum ultimum et principale sed medium et ut quod
Et haec proprietas convenit substantiae praedicamentali 4° modo.

Arg. 2a Oratio non est substantia et tamen oratio suscipit contraria sc: verum
et falsum ergo hoc non est proprium 4° modo substantiae Rx d° nn. oratio
suscipit contraria per sui mutationem intrinsecam nego nn. per sui mu-
tationem extrinsecam concedo. Dico quando oratio transit in falsam habet
aliquod accidens quod antea non habebat ergo suscipit contraria per intrinsecam
mutationem. Rx Verum est in tali casu orationis haberi aliquod accidens
quod antea non habebat sed illud accidens est relativum, veritas non dicit
relationem conformitatis falsitas disformitatis, ab eo non quod res est
vel non est oratio dicitur vera vel falsa a re signata, et non a re quae est subiectum
nec a re quae est praedicatum sed potius a re, quae significatur et repraesentatur per subiectum
et praedicatum et sic patet quod oratio non suscipiat proprie contraria per intrin-
secam sui mutationem sed potius in ordine ad aliquod extrinsecum.

Arg. 3° Haec proprietas non convenit substantiae 2ae ergo non convenit substantiae
praedicamentali 4° modo. Consequentia patet. Probatur antecedens. Substantia 2a non est una
numero sed est una genere vel specie et sic habet tantum unitatem formalem
et non numericam Rx 1° Substantias 2as prout in singularibus exis-
tunt habere tantum unitatem numericam ut sup. de utrisque dicimus
et hac ratione in ipsis convenit haec proprietas. Rx 2° Artem
ideo dixisse substantiam unam numero recipere contraria quia exercitium
recipiendi contraria non potest fieri nisi in substantia singulari et individua
et haec cum sit una numero ideo dicta est ab Arte susceptiva contrariorum.

Pres quod sit haec proprietas conveniens substantiae 4.o modo et quomodo a substantia distinguatur. Respondeo proprietatem hanc convenientem substantiae 4.o modo non distingui a substantia realiter sed tantum ratione ratiocinata et nihil est aliud quam modus substantiae realiter identificatus cum illa. 3.a Pars h. plur. Eo ipso quod substantia sit ens per se completum est susceptiva contrariorum sine ulla alia entitate reali superaddita ergo haec proprietas non dist. realiter a substantia praedicamentali. Ex quo pat. et ante non videtur certum, quod v. distingui ratione ratiocinata plur. quia ad minus est diversus conceptus entis per se et entis susceptivi contrariorum ergo distinguitur ratione ratiocinata. Et quod sit modus quidem pat. non ex dictis supra.

CAPUT DE PRAEDICAMENTO QUANTITATIS

DUBIUM QUINTUM

In quo consistat ratio formalis sive essentia quantitatis?

Post consideratione substantiae agit statim Aristoteles de quantitate non quod nobilitate sua alia accidentia anticipat sed quia maxime assimilatur substantiae sicut n. substantia hic sustentare accidentia sic non quantitas suo tamen modo sup. explicato, tum non quia Aristoteles in cap. de substantia saepius mentionem fecerat quantitatis et ideo ordo doctrinae videtur exposcere ut statim sermonem de quantitate post substantiam instituerit. Antequam a. eius rationem formalem seu essentiam declaremus Nota. Hoc nomen quantitas 2 habet significationem 1.o significat perfectionem et virtutem cuiuscunque naturae tam creatae quam increatae et infinitae, secundum quam significationem dicitur de Deo saepius in psalmis quod sit magnus in magnitudine aut quantitate corporea sed perfectionis et virtutis.